



**Philippi Servii E Societate Iesv Amicus Fidelis Vsqve Ad
Mortem: Sive Modvs Ivvandi Moribvndos, Ægris, Sanisqve
Perinde Vtilis**

Servius, Philippe

Leodii, 1648

Svbiectvm Baptismi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60032](#)

P A R S T E R T I A. 307

bent quod formæ perfectioni obſiftat.
Adde , verba in quibus tota formæ
perfectio conſiſtit (nempe, *Ego te bap-*
tizo in nomine Patrii , & Filii , & Spiritus
Sancti) priùs tempore operari effectum
ſuum quam particulae illæ (*& B. Virgi-*
nis, & Sanctorum omnium) addantur , &
ideò neque ab eis tolli posse , qualem-
cunque tandem errorem ſignificant.

a Bona-

S V B I E C T U M B A P T I S M I. *cina*

SVbiectum Baptismi est quilibet ho- *to. 1.*
mo natus , existens in hoc mortali *fol. 57.*
corpo ſive ſit infans, ſive adultus, ſi- *b Idem*
ue ſit vir, ſive fœmina. *a* *tom. 1.*

Dicitur *homo natus*, quia non po- *fo. 49.*
test baptizari infans in vtero matris *c Sotus*
existens, qui necdum prodijt in lucē : *b in 4.*
Si tamen prodijt aliqua ex parte, bap- *dit. 3.*
tismus in necessitate admininistrandus *q. vnic.*
est in qualibet corporis parte, etiam in *art. 7.*
ſolo dito, ſi nequeat in capite bapti- *§. 3.*
zari. Hanc autem doctrinam ita ex- *Vas-*
tendunt aliqui ut ad valorem baptis- *quez*
mi dicant ſufficere ſi aqua capillos tā- *tom. 2.*
tūm attigerit : *c* quia capilli reputan- *in 3.*
tur tanquam partes hominis; vnde illis part.
ablutis homo ſimpliciter dicitur ablu- *difp.*

V 2

tus. 146.

tus. Sicuti moribundus in minima sui
a **Hur-** corporis parte ablui, siue baptizari po-
radus test, ita etiam cum exigua admodum
de Sac. aquæ quantitate. Panormitanus & In-
Bapt. nocentius iv. in c. debitum de Baptis-
diff. 1. mo, aiunt quamcumque guttā aquę ad
diff. 6. Baptismi valorem sufficere: quam opi-
Pre- nionem eisli aliqui generatim non ad-
positus mittunt, admittunt tamen in fauorem
in 3. p. moribundorum puerorū, quibus bap-
D. Th. tizandis, si quantitas maior non sup-
q. 66. petat, vel vnam aquæ guttam sufficere
art. 8. h̄aud grauatè concedunt. **a** Debet autē
dub. 3. gutta illa nonnihil per corpus, vel per
nu. 93. corporis partem defluere; non enim il-
 lud ablueret si immobilis permaneret.

An puerō moribundo, quando baptizatur,
b **Sotus** susceptor, siue patrinus debeat adhiberi?
in 4. Non est credibile Ecclesiam voluisse
dist. obligare parentes ad quærendos patri-
42. q. nos in casu talis necessitatis: vnde nul-
1. art. lum extat eius tale præceptum. **b**
i. Quod si tamen aliquis in eiusmodi
Henri- baptismo, tenendo infantem Suscep-
quez l. toris munus obeat, non ideo Patrinus
2.c. 18 aut Susceptor efficietur. Susceptio e-
& alij. nim est cærimonia ab Ecclesia institu-
 ta

ta ad Baptismum solemnem ac proinde solemnitate deficiente, deficit quoque vera susceptionis ratio. Vide Granadum de Sacr. in 3. part contr. 4. tr. 2. disp. 5. nu. 4. Sanchez de matrimonio tom. 2. l. 7. disp. 62. nu. 15.

DE BAPTISMI MINISTRO.

DVplex est Baptismi Minister: Minister ex officio siue solemnitatis, & Minister necessitatis. Minister ex officio est Sacerdos. Minister necessitatis est omnis homo habens usum rationis, potensque ac sciens debitam formam proferre & materiam applicare.

Potest ergo fæmina baptizare, ut a Obstetrices ratione necessitatis; quin & nacina Hæreticus & Paganus, modò intentionem habeant baptizandi, baptizare sol. 55. poterunt. *¶*

nu. 4.

Aduertendum est seruari debere ordinem inter Ministros necessitatis, ita ut Diaconus præferatur Subdiacono; Clericus Laico; Vir Fæminæ.

* *An grauius sit culpa hunc ordinem
inuertere?*

Inter Ministros necessitatis non vi-

V 3 detur

sui
bo-
um
In-
tis-
ad
pi-
ad-
em
ap-
up-
ere
utē
per
il-
ret.
ur,
ri?
isse
tri-
ul-
odi
ep-
nus
o e-
tu-
ta